Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30488
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



tristi hunc Johannes Evangelista compo
sunt dicens Passus sub pontio pilato crucifix
mortuus et sepultus descendit ad inferos Cum
tus est de resurrectione christi hunc Thomas com
posuit dicens Tertia die resurrexit a mortuis
Sextus de ascensione xpi hunc composuit Ja
cobus maior dicens Ascendit ad celes sedet ad
dexteram dei patris omnipotentis Septimus
de adventu xpi ad iudicium hunc Philippus
composuit dicens Inde venturus est iudicare
vivos et mortuos Octavus credere in spiritum
spiritussancti hunc Bartholomeus composuit
dicens Credo in spiritum sanctum Nonus est credere
in sanctam romanam ecclesiam et sancta et ordinata
per eam hunc Matheus composuit dicens
Sanctam ecclesiam catholicam Decimus est
credere in sacramentum missae et per illud fieri
cunctis digne sumentibus cuiusvis remissio per
catorum hunc Symon composuit dicens San
ctorum communionem remissionem peccatorum
Undecimus de generali resurrectione mortuis
prius et no de novo sumptis hunc composuit Judas
frater Symonis dicens Carnis resurrectionem
Duodecimus est credere paradisum esse vitam
eternam hunc Beatus Matthias apostolus
composuit dicens Vitam eternam amen

Indumenta spiritualia anime

Innocentia et matrimonialis castitas

Spirituale nutrimentum anime

Est verbum dei secundum quod dicitur in evan
gelio Non ex solo pane vivit homo sed ex
omni verbo quod procedit ex ore dei

Sequuntur Auctoritates pulcre diversorum